successoribus ac bonis suis omnibus, quo ad actum et effe-
ctum praesentis inscriptionis attinet, incorporan. sanus
mente et corpore existens, publice voluntarie ac personaliter recognovit
Qvia a Nobili Henrico Oświęcimski summam Tri-
ginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis sibi per
eum actis praesentibus inscriptam, totaliter plenarie ac
in effectu recepit, et manualiter levavit. Nomine cuius re-
ceptae et levatae ipsum et eius successores de eadem summa
Triginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis
quietat et immunem perpetuo facit. Inscriptionem prae-
fatam Castren. Praemislien. sibi ab eodem super praedictam summam
praedictam servien. cum omnibus eius conditionibus, punctis
clausulis et articulis, cassat, annihilat, morti-
ficat, obliterat, aeternis temporibus sibi et suis
posteris, ratione praemissorum silentium imponen. aeter-
num, praesenti sua recognitione mediante.

Manasterski qvietat Boryslawski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren. Praemislien. Nobilis Stanislaus Heyrichowicz Ma-
nasterskij, a iure et foro suis quibusvis propriis re-
cedens, praesenti vero iurisdictioni Castren. Praemislien.
se cum successoribus, ac bonis suis omnibus, quo ad actum
et effectum praesentem attinet, incorporan. sanus mente
et corpore existens, publice voluntarie ac personaliter recognovit.
Qvia a Nobili Petro Boryslawski summam Quinqua-
ginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis, sibi
per eum actis praesentibus inscriptam, totaliter plenarie

ac in effectu recepit et manualiter levavit. Nomine
cuius receptae et levatae ipsum et eius successores
de eadem summa Quinquaginta florenorum pecuniae quietat, et
immunem perpetuo facit. Inscriptionem praefatam Castren.
Praemislien. sibi ab eodem super summam praedictam ser-
vien. cum omnibus eius conditionibus, punctis clau-
sulis, et articulis cassat, annihilat, mortificat
obliterat, aeternis temporibus, sibi et eius posteris
ratione praemissorum silentium imponen. aeternum, prae-
sente sua recognitione mediante.

Wysel quietat alium

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren. Praemislien. Generosus Franciscus Wyssel a
Stallatibus terrae districtibus, iure ac foro suis
quibusvis propriis recedendo, praesenti autem iuris-
ditioni Castren. Praemislien. se cum successoribus ac bo-
nis suis omnibus, quo ad actum et effectum praesente
attinet, incorporan. sanus mente et corpore existens
publice voluntarie ac personaliter recognovit. Qvia a Generoso
Laurentio Wyssel fratre suo germano summam Mille
Trecentorum et Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et
numeri polonicalis, sibi per eum actis terrestribus Praemislien.
inscriptam, totaliter plenarie, ac in effectu recepit et ma-
nualiter levavit. Nomine cuius receptae et levatae ipsum
et eius successores de eadem summa Mille Trecentorum
et Quinquaginta florenorum pecuniae quietat, ac immunem perpetuo
facit. Inscriptionem praefatam terrestrem Praemislien.

sibi, ab eodem supradictam Sobiesam [illegible], cum
498 omnibus eius conditionibus, punctis, clausulis et ar-
ticulis, cassat, annihilat, mortificat, obliterat e-
t aeternis temporibus sibi et eius posteris ratione summ-
ae perpetuum silentium imponendo emittens. Praesente sua re-
cognitione mediante. Caeterum idem Recognoscens se cum
successoribus in bonis suis quibuscunque eidem Laurentio
Wyssel fratri suo germano vel eius posteris obligat et
inscribit praesentem inscriptionem ex libris actis castren(sibus)
ad acta terrestria Praemislien(sia), ad eorundem [illegible]
transferre et transportare. Sub vadio similis summae
Mille Trecentorum et Quinquaginta florenorum pecuniae mon(etae)
et numeri Polonicalis. Pro quo quidem vadio, si et in
quantum idem Recognoscens cum successoribus suis eidem
Germano Laurentio Wyssel vel eius posteris citare permi-
serit, extunc recedendo a suo proprio foro et competenti
coram officio praesenti castren(si) Praemislien(si) in primo ci-
tationis termino tanquam peremptorio iuri parere re-
spondere, ac pro vadio procedere et submissioni satis-
bonis quibusvis opus fuerit satisfacere cum successoribus te-
nebitur. Eundem terminum primum, ac alios consequen(tes), nulla
re exquisita et colore excogitato, actione pro maiori, ve-
ra vel simplici infirmitatibus, bello, expeditione bellica
[illegible] hostium, aura pestifera, convocatione generali et par-
ticulari, absentia a regno, interregno, negotio et ser-
vitio quovis Sac(rae) M(aies)tis Regiae, Reipub(licae) ac Militari
legatione intra et extra Regnum, ceterisque omnibus praetextibus
fatalibus iuris dispen(sationibus), [illegible] terminum et tertium [illegible]

dilationibus quibuscunque de iure et consuetudine con-
cedi solitis, motionibus denique et appellationibus, ac
causae [illegible] quibuscunque differen(di) et evaden(di) ipso
se cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris re-
mediis, abrenunciando, [illegible] sub
amissione totius causae. Nulla [illegible] terrestri 499
praescriptione silentium iuris obstan(te).

Chocimowski prorogat solutionem summae Boguski

Comparens personaliter coram officio actis praesentibus
Castren(sibus) Praemislien(sibus) Generosus Stanislaus Chocimowskij
Iudex terrae [illegible], a pallationibus terrae districtus
[illegible] iure ac foro suis quibuscunque recedendo
praesenti vero iuris ditioni Castren(si) Praemislien(si) se cum
successoribus ac bonis suis, quo ad infrascripta attinet
submittendo [illegible] bonis [illegible] et corpore suis, subde-
[illegible] recognovit. Quia nomine Gene(rosae)
Agnetis de Michalowice consortis suae [illegible]
ratihabitione infrascriptorum cavet et se cum successoribus
in bonis suis omnibus sub vadio infraexpresso inscribit [illegible]
[illegible] summae Mille Quadringentorum florenorum pecuniae mon(etae)
et numeri Polonicalis, per Generosum Lucam Boguskij Nobili
Catherinae Resacka, consorti Nobilis Joannis Bo-
skij, actis terrae Praemislien(sis) inscriptae [illegible]
Catherinam Cressacka eidem Agneti consorti suae [illegible]